



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

Stengel, Carl

Monaci, MDCXVI.

Cap. IV. De Iosephus comes itineris ad Elisabetham.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42004

secundum S. Bonaventuram. Vesperis quidem, quando existimamus Angelum eam salutasse. Mane verò quando credimus illum ab ea licentiam rediundi accepisse. Hęc pluribus, quam fortè instituti nostri ratio postulare videbatur, firmanda esse, viri quidam docti censuerunt.

D. Iosephus comes itineris ad Elizabetham.

C A P I T U L U M I V.

Marie profectio ad Elizabetham.

Legatione peractâ, vt discessit Angelus, Maria profecta est cum festinatione in montanam regionem, in insignem illam civitatem Iuda, sacerdotum domicilium, nomine Hebron, viginti duobus millibus versus Austrum distantem ab Ierusalem, vt Elisabethæ consobrinæ suæ factum diuinitus, senectutem iam dudum ingressæ, datum congratula-

ularetur. Et quamuis non pau-
ci Doctores doceant, B. Virginē
eodem die paulò post Angelicā
salutationem iter arripuisse in
domum Zachariæ; videtur ta-
men ex Euangelicā lectione col-
ligi, verisimilius esse, beatam vir-
ginem non fuisse profectam in
ipso die Angelicæ salutationis,
sed transactis paucis aliquot die-
bus: sacer enim Euangelista ait-
Exurgens autem Maria in diebus illis:
non dixit, *in illa die*, quod alio-
quin diceret, si in eadem die dis-
cessisset. Ratio etiam eidem opi-
tatur, quia cum iter illud lon-
gum adeò esset, vt Brochardus,
& auctor historię Ecclesiasticę,
septuaginta miliarium longitu-
dinem ei assignent, (nam Ioan-
nes Suarez Conimbricensis Epi-
scopus, Nazaretham, quæ ad
Septemtrionem est Ierosolymæ
14 miliaria, hoc est tredecim
leucas

*D. Ambr.
sup. cap. 1.
Luc.
Orig. &
Theophil.
ibid.*

Luc. 1.

*Brochard.
in descrip.
terra san-
ctæ.*

*Auct. lib.
hist. Eccl.
Suarez
tract. 12. in
Lucam.*

Distantia
Nazareth
vsque He-
bron.

leucas cum dimidia ab Ierosoly-
mis distantem constituit: qui-
bus si 22. milliaria, hoc est, quin-
que leucas, cum altera dimidia
addas vsque ad Hebron, iter 19.
leucarum inuenies) consequens
est beatam Virginem præparati-
one aliquorum dierum indigu-
isse ad necessaria pro longo iti-
nere præparanda, & vt domus
sue curam alteri commendaret.

Iosephus
comes Ma-
riæ ad Eli-
sabeth.

S. Bonau.
lib. de Vit.
Christi c. 5.

Porro sponsum eius D. Iose-
phum eam in hoc itinere comi-
tatum fuisse, licet multi refra-
gentur, S. Bonauentura his ver-
bis clarè edocuit: *O qualis domus,
qualis camera, qualis lectus, in quâ
in quo commorantur & requiescunt
tales matres, talibus filijs fecundata:
Maria, & Elisabeth, IESVS & Ioan-
nes: sunt autem ibi magnifici senes, Io-
seph & Zacharias. Quid quæso iucun-
ditatis defuit S. Ioseph, siue dum no-
uam coniugem in itinere comitatur,*

siue

sue dum in obsequio Elisabeth demo-
 ratur. Hæc ille. Eidem opinio-
 ni adhæsit firmissimè Isidorus de *Is. de Ista-*
 Isulanis, antiquus auctor Me- *lanis lib.*
 diolanensis, Ordinis Prædicato- *de Vita Ios-*
 rum, qui egregiam ad id ratio- *sephs.*
 nem adducit, verba eius sunt
 hæc: *Quamuis neminem affuisse, vi-*
sitationi B. Virginis, & Elisabeth di-
uina referant litteræ, nullus tamen est
sana mentis, Catholicique ingenij, qui
Mariam Virginem, tenera ætatis, solâ
domo recessisse asseueraret. Creduntur
enim à Nazareth usq; ad oppidum Za-
charie esse ferè quadraginta milliaria.
Ratio itaq; officiumq; S. Ioseph, atq; au-
thoritas nos credere cogunt, visitationi
S. Mariæ & Elisabeth, eundem inter-
fuisse. Non enim ratio recta consentit, *Ioan. Boni-*
Ioseph quavis occasione, sponsam diui- *hist. Virg-*
nitus acceptam dereliquisse, ac passum *nal. l. 1. c. 12*
fuisse Virginem tantam sine se longum
iter subire. hæc tenus ille. Ioannes
 Bonifacius quoque idem sentire
 videtur

videtur hisce verbis: Nam, ut quorundam opinio fert, paucis, ut alij censent, nullo comite iter illud ingressa est (Maria) montana asperitate difficile, ac longitudine permolestum. Illud tamen verisimilius est, quod docti nonnulli putauerunt, profectiois huius Iosephum comitem fuisse. Nam Virgini cura honestatem maximè fuisse, ne quid fieret præter id, quod deceret, cautissimè providenti, resq; & aduersas & prosperas cum charissimo sponso partienti, communicantiq;. Subscribit etiam eisdem Laurentius Maseli, Salmeron, Orosius, Viguerius, Suarez, Christophorus Veruchius, Ioannes de Carthagera, cum aliis pluribus.

Quando redierint hi sancti coniuges à domo Zachariæ, ante vel post partum Elisabeth, discors Doctorum est sententia: Communior tamen sanctorum Patrum videtur esse opinantiū,

B. Vir-

Laur. Mas

de vita B.

Virg. l. 2.

& 4. c. 1.

Salm. 10. 3.

tract. 10.

Oros. de-

clam. 5.

Viguer. in

inlt. c. 20.

§. 8.

Veruch.

Med. 18.

Carthag.

l. 4. hom. 10

& l. 6. ho. 1.

B. Virginem mansisse in domo Zachariæ vsque ad partum Elisabethæ; ita docuere D. Ambrosius, D. Antoninus, Venerabilis Beda; Glossa interlinearis & ordinaria, Lyranus, Simon Cassianus, Origenes, Hugo Cardinalis, nec non B. Petrus Damianus ubi ait: *Qui librum iustorum diligentibus oculis inspexerunt, ibi se vidisse testantur, quod ipsa Dei genitrix felicem puerum primum de terra leuârit, & cognata partum omnium prosequuta sit seruitute. Immo D. Bonaventura ad caput 5. vitæ Christi censeat, Virginem non solum infantem propriis manibus suscepisse, & pannis inuoluisse, sed & ibidem vsque ad Ioannis circumcisionem commorata fuisse: ac tandem D. Bernardus in eandem sententiam propendens inquit: *Mansit Maria cum Elisabeth vsq; ad diem natiuitatis Ioannis, donec puerum**

G natum

D. Ambro.
in c. 1. Luc.
D. Anton.
1. p. hist. tit.
3. cap. 1.
Beda super
c. 1. Luca:
Glossa in-
terlin. &
ord. ibid.
Lyan. in
comment.
hui. loci.
Simō Cass.
& Orig.
sup. c. 1.
Luc.
Hugo Car.
Pet. Dam.
ser. de Ioan.
Baptista.
D. Bonau.
c. 5. Vit. Gb.

D. Bern. *natum sinu beatissimo confoueret, &*
ser. de pri. *uno pariete remoto, propinquiores*
Ioan. Bap. *redderet præsentiæ Saluatoris. Ratio*
 itidem huic sententiæ suffragatur, nam cum B. Virgo inter alias causas, ob quas Elisabetham visitauit, non infimum locum teneat, vt Ioannem Præcurso-
Bed. in e. *Domini videret, vt ait Beda, nec*
Luc. *non vt antiquiori cognatæ, quoad posset inseruiret, certè ad Marię pietatem & vrbauitatem pertinebat, vt tempore partus, quo magis eius ope, præsentiâ & ministerio indigebat, minimè discederet, sed potius ad partus leuamen Elisabethæ adesset: imò & prolem ita foueret, vt velut de*
Ruth 4. *alterâ Noemi dici posset: susceptum puerum posuit in sinu suo, & nutriceis ac gerulæ fungebatur officio. Ac tandem (quod & fundamenta oppositæ sententiæ penitus evertit) cum constet ex Euang.*
 Lucz

Luca historia, sexto mense post conceptionem Elisabeth, in eius domum abiisse B. Virginem, & in eadem etiam quasi tribus mensibus permansisse; certè cum præter omnes hos dies, quidam alij fuerint intermedij, quibus B. Virgo & ad iter se præparauit, & illud confecit, facilè, omnibus benè computatis, potuerunt nouem integri menses compleri, antequam Virgo à Zachariæ domo discederet.

Intemerata ergo Virgo valedicens cognatae suæ, redit inde domum versus postridiè circumcisionis pueri, ut videtur; & hac die Ecclesia celebrat festum Visitationis.

Verbalis belli Ros. sine Psalt. B.M. Virg.

D. Iosephus sponsam gravidam aduentent, eius dimittendæ consilium captat, sed ab Angelo confortatus uxorem ducit.

C A P V T V.

G 2 Sex

et, &
uiores
Ratio
fraga
er ali
tham
ocum
arfore
ta, nec
, quo
d Ma
n per
s, quo
& mi
è dis
us le
: imò
lut de
Susce
o, &
officio
amen
tuse
uang.
Lucz